

Ghis, sicut in simili non quælibet ratio in scientia Diuina est Metaphysicis, ut clare patet exercitatis in istis scientiis. Sed tunc est difficultas. Nam Com. scribit in 2. Coeli & mundi in commen. 59. quod demones naturales non sunt in natura poni in hac scientia. s. in naturali. Et confirmatur hac authoritate Philosophi in 1. Poste. ubi expressè dicit in tex. com. 22. Non ergo est ex alio genere transcendentem demonstrare, ut Geometriam in Arithmetica. Ad hoc respondetur, quod sunt aliquæ causæ, quæ quodammodo sunt naturales, & quodammodo sunt Mathematicæ, accidit. n. causis Mathematicis. s. propinquis in Mathesi, ut sint causæ primæ plurimum rerum naturalium, sicut accidit scientiis subalternantibus cum subalternatis, sicut Arithmetica cum Musica, & Geometria cum Perspective, & idem scribit in tertio Coeli & mundi in commen. 6. & idem sentit Auic. in 1. Sufficientia suæ cap. 8. Nam ut scribit Philosophus in principio primi de Cælo & mundo, Scientia de natura ferè plurimam uidetur circa corpora & magnitudines, & horum existens passionem & motus, & 2. Phy. tex. c. 6. q. 8. Eadem sunt ista mathematicæ, & naturales. Et ideo quando aliqua causa mathematica accidit, ut sit causa alicuius proprietatis naturalis in hoc casu, licet Mathematico descendere ad probandum illam in scientia naturali, quia circa eadem uertuntur, licet alio, & alio modo. Sed hoc non licet semper facere. Nam ubi effectus naturalis habet causam proximam naturalem per illam debet demonstrari, & non per causam Mathematicam quæ est remota, quia demonstrationes naturales sunt ex causis naturalibus, & sensibilibus, & in hoc Aristot. damnat plerumque Platonem, & antiquos, qui reddebant rationes entium sensibilibus ex causis intelligibilibus, unde Commen. 1. Meta. commen. 21. inquit, contingit autem quis non dicere sermonem conuenientem in sensibilibus, quia intromiserunt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus, & de Platone specialiter dixit in 3. Coeli & mundi com. 61. inquit, & intendebat quod Plato non intendebat facere sermonem falsum, sicut faciunt sophistæ, sed accidit ita quod fecit sicut illi propter amorem magistræ & Geometriæ, quia in suo tempore magnificabatur Geometria, & credebant eam esse principium rerum sensibilibus, & ita bene uides quanta sit difficultas, & perplexio à qua non nisi solers ingenium potest euadere in qualibet scientia. & Deus sit dator auxiliū.

His, sicut in simili non quælibet ratio in scientia Diuina est Metaphysicis, ut clare patet exercitatis in istis scientiis. Sed tunc est difficultas. Nam Com. scribit in 2. Coeli & mundi in commen. 59. quod demones naturales non sunt in natura poni in hac scientia. s. in naturali. Et confirmatur hac authoritate Philosophi in 1. Poste. ubi expressè dicit in tex. com. 22. Non ergo est ex alio genere transcendentem demonstrare, ut Geometriam in Arithmetica. Ad hoc respondetur, quod sunt aliquæ causæ, quæ quodammodo sunt naturales, & quodammodo sunt Mathematicæ, accidit. n. causis Mathematicis. s. propinquis in Mathesi, ut sint causæ primæ plurimum rerum naturalium, sicut accidit scientiis subalternantibus cum subalternatis, sicut Arithmetica cum Musica, & Geometria cum Perspective, & idem scribit in tertio Coeli & mundi in commen. 6. & idem sentit Auic. in 1. Sufficientia suæ cap. 8. Nam ut scribit Philosophus in principio primi de Cælo & mundo, Scientia de natura ferè plurimam uidetur circa corpora & magnitudines, & horum existens passionem & motus, & 2. Phy. tex. c. 6. q. 8. Eadem sunt ista mathematicæ, & naturales. Et ideo quando aliqua causa mathematica accidit, ut sit causa alicuius proprietatis naturalis in hoc casu, licet Mathematico descendere ad probandum illam in scientia naturali, quia circa eadem uertuntur, licet alio, & alio modo. Sed hoc non licet semper facere. Nam ubi effectus naturalis habet causam proximam naturalem per illam debet demonstrari, & non per causam Mathematicam quæ est remota, quia demonstrationes naturales sunt ex causis naturalibus, & sensibilibus, & in hoc Aristot. damnat plerumque Platonem, & antiquos, qui reddebant rationes entium sensibilibus ex causis intelligibilibus, unde Commen. 1. Meta. commen. 21. inquit, contingit autem quis non dicere sermonem conuenientem in sensibilibus, quia intromiserunt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus, & de Platone specialiter dixit in 3. Coeli & mundi com. 61. inquit, & intendebat quod Plato non intendebat facere sermonem falsum, sicut faciunt sophistæ, sed accidit ita quod fecit sicut illi propter amorem magistræ & Geometriæ, quia in suo tempore magnificabatur Geometria, & credebant eam esse principium rerum sensibilibus, & ita bene uides quanta sit difficultas, & perplexio à qua non nisi solers ingenium potest euadere in qualibet scientia. & Deus sit dator auxiliū.

Prop. 52.

Semper in uno genere est contrarietas una.

Propositio Est Arist. in 1. Physi. auscultationis in tex. com. 56. Aduerte quod contrarietas quandoque sumitur proprie, & quandoque sumitur large, ut dicit Auer. in 1. Phy. com. 41. tunc enim dicitur tam de contrario, quam etiam de priuatione, & isto modo sumitur ibi, ut inquit & eadem ratione hic. Potest autem proposita propositio ueritatem habere de contrarietate secundum esse, & non esse. i. secundum priuationem & habitum, nam in omni genere, est priuatio, & forma, unde Commen. in com. illo. inquit, si prima contraria in unoquoque genere sunt opposita secundum esse, & non esse, tunc opposita in substantia secundum esse, & non esse, sunt causæ aliorum oppositorum existentium in aliis, prædicamentis, & illa debent esse prima contraria, & in hoc sensu sine dubio intelligitur propositio Arist. ibi, quia intentio eius est uenari principia generationis in uniuersali, sive sit in substantia, sive sit in accidentibus, ut patet in tex. com. 57. Potest etiam alio modo glossari, quod in omni genere est contrarietas differentiarum, nam differentia diuidens genus sunt oppositæ, & sunt simul natura, ut inquit Arist. in Prædicamentis in ca. de simul. nullo autem modo oppositionis possunt oppositi, quam secundum contrarietatem. Non enim opponuntur secundum affirmatiuem, & negatiuem, quia negatio nullius speciei est constitutua. Nec secundum priuationem & habitum, propterea quod priuatio nullius habitus est constitutua. Nec relative, quia in prædicamentis absolutis relatio non potest esse differentia constitutua speciei absolute

te, quia isti conceptus sunt diuersi. & ideo à sufficienti partium enumeratione oportet istum modum oppositionis reducere ad contrarietatem. Animaduerte tamen, quod licet differentia diuinae eiusdem generis sit contraria, tamen non oportet dicere species constitutas per illas differentias esse contrarias, nam tamen rationales & irracionales sunt differentie contrariæ, tamen homo, & asinus non sunt species contrariæ. Et ratio, sicut mihi datur cernere, est ista, quia differentia sunt partes specierum, nam species componitur ex forma uniuersali quæ est genus, & ex forma propria, quæ est differentia, ut dicit Com. in 2. Phy. c. 28. & etiam 1. Phy. c. 5. contrarietas autem inuenta in parte non infert de necessitate contrarietatem in toto, nam est in promptu instantia in 1. Coeli & mundi in tex. c. 29. quod motus in duobus semicirculis, licet sint contrarii, non tamen motus in circulis completis sunt contrarii. Sed tunc est difficultas, nam si in omni genere est contrarietas, tunc in substantia contrarietas, quod tamen negat Arist. in Prædicamentis, & in 5. Phy. in tex. com. 10. ubi negat in substantia esse motum, quia in substantia non est contrarietas. Aduertens autem Alex. ad hoc istum modo talem contradictionem sedare conatus est, ut scribit Cō. ibi in cō. 105. Phy. nam in prædicamentis, dixi substantiam non contrariari substantiæ, intellexit de substantia composita ex materia & forma, sed dixi tunc in omni genere esse contrarietatem, & similerum dixi in 2. de Genera. & corru. tex. com. 22. quod igni contraria est aqua, terræ autem aer quod ibi loquitur de substantia simpliciter, i. de forma, quia forma ignis contrariatur formæ aque, & forma aeris contrariatur formæ terræ, quæ suspiciosa est, ut sibi imponit Cō. ibi quod qualitates proprie in elementis essent forme substantiarum elementorum, ut calor respectu ignis, & frigus respectu aque. Sed ista opinio stare non potest, quia in his quæ uniuoce dicuntur quod uni est accidens alteri non potest esse substantia, aut e conuerso, nunc autem caliditas & uniuersaliter qualitates primæ inuenta in elementis et in mixtis corporibus sunt uniuoce & eiusdem rationis uniuoce, quia rectus iudex de qualitatibus tangibilibus est sensus tactus, ut dicitur in 2. de Anima. tactus autem uniuersaliter immutatur à calore ignis, & à calore mixti sine aliquo discrimine. sequitur ergo quod si caliditas in mixto est qualitas, quod in igne non est substantia. Amplius si calor in igne fit substantia, tunc corpus mixtum calidum cum ponatur ex substantia & qualitate, tale igitur compositum habet ignis diffinitionem, præsertim cum sit eiusdem rationis uniuoce calor ignis & calor mixti, unde si in igne esset substantia & in mixto qualitas, tunc diceretur æquiuoce, sicut hoc nomen ens dicitur de substantia, & accidente, ut inquit Cō. in 8. Meta. cō. 5. quod ideo suspicor dictum esse quia in his quæ æquiuoce dicuntur non inconuenit, ut id quod uni est substantia alteri sit qualitas, sicut scia in nobis est qualitas, ut patet per Arist. in prædicamentis, & in 7. phy. in tex. cō. 20. ubi de monstrat quod in parte intellectua animæ non est alteratio, & tamen scientia in Deo est substantia, quia in abstractis à materia penitus non est aliquod accidens, ut testatur Com. 12. Meta. com. 25. & in ipsius idem est intelligens & in intellectum & intellecto, & præcipua hoc ueritatem habet de primo intellectu ubi ista omnibus modis simpliciter in ea dicitur, ut patet in 12. Meta. cō. 51. scia autem æquiuoce dicitur de scia Dei, & de scia nostra, quia scientia Dei est causa entium, & scientia nostra est causa ab entibus, ut dicit Auer. in 12. Primæ philosophiæ cō. 51. & in lib. Destructionum in dispu. 3. in solu. 8. dubij, & in dispu. 6. in solu. 3. dub. & 5. Quod autem mouit Alex. uel mouere potuit ultra rationem adductam fuit hoc, quia illud ad cuius ablationem auferatur substantia rei est substantia, sed ad ablationem caliditatis ab igne sequitur ablatio ignis, igitur caliditas in igne est substantia. Solutio Commen. in 8. Meta. com. 5. hoc limitando isto modo, quod illud ad cuius ablationem primo & per se auferatur substantia illud est substantia, unde inquit, & ignis auferatur per ablationem caloris, sed non auferatur primo neque per se, sed mediante ablatione formæ ignis, sicut quod auferatur substantia, auferatur homo sed non primo, sed mediante ablatione

Contrarietas dupliciter.

I

K

Obiecta pulchra.

Opia li xiiii.

L

Insuper

M

Mouit Alex.